
FAUSTUS
ANDRELINUS

VARIA
CARMINA

RECUEIL










Sm. 4149

6 — Buccolica
7 — Epistolæ proverbiales et morales
8 — De influentia syderum X.
9 — Epithalamium de Claudia regia et
francisco Valesiorum Duce.
10 — De fuga Balbi ex urbe Parisia.
11 Elegia funesta Nepharii sceleris heretici.
12 — De gestis Legati.
13 — De obitu Caroli octavi XX
14 — Lex secunda de origine Juris
15 — De moralibus et intellectualibus
virtutibus.
16. — Hecatodistichon



Publij fausti Andrelini Foroliuiensis Regij poetae laureati
De obitu Caroli octaui deploratio.
Eiusdem de eodem ad Guidonem rupisfortem
Epistola.
Eiusdem de eodem varia epitaphia.
Eiusdem carmen de parrhisię vrbis cōgratulatione in Petri coardi primi francię praesidis electione.
Eiusdem carmen ad laurentium Burellum Carmelitam theologum & confessorem regium



Publij Fausti Andrelini forolivlensis regij poetæ laureati de immaturo obitu Caroli octaui francorum siciliç ad hierusalem regis christianissimi: inuictissimiq; ad Petrum Coardum primum franciæ cancellarium Deploratio

Olor. Erigone Icharuz Niobe heba. Astyanax

n Vnc fletus manate pij: quos morte canora
Fūdit olor quçrulꝰ: vel quos marathōia virgo
Misit in extincti corpus miserabile patris:
Nunc quales phrygio sudant de marmore gutte
Nœsta per ora fluant: seu qualibus anxia mater
Aspersit celsa natum de turre cadentem.

Phætontis sorores. halcione Philomela

Nunc phætonteos lachrymantia germina casus
Et viduam halcyonem: questusq; imitemur amaros
Quos iterat solis mœrens philomela rubetis
Quisnā deo imprudens luctus castiget acerbos
Ictibus imprimis: latos dum pendit hyatus
Plaga recens: & adhuc vena stridente recusat
Intempesta iubet subitus que pharmaca pçon.

Arion. Syrenes: amphion. orpheus.

Non ipse incuruos mulcens delphinas arion.
Terna nec arguto proles acheloia cantu:
Non dyrcea chelis: non thracia plectra leuarent:
Iamiam frangentes obstantia frçna dolores
Si nimis iustum in lachrimis excedo pudorem:
Legitimum nec seruo modum: stat causa doloris
Iguocenda mei: tacito qui pectore clausus
Acrius vrgeret: coecis vt tecta caminis

Flamma magis crescit:pluresq; exaggerat aestus:
Ecce trucis numen non exorabile parcę
Florida truncauit surgentis stamina Carli
Stamina naestoream transcendere digna senectam
Cumęam:phrigiamq; simul.sed strenua virtus
Ante suum veniens iuuenili in corp ore tempus:
Ipsis inuidiam superis commouit atrocem:
Et tanto orbarunt foelices numine terras:
Festaq; plaudentis decorarunt atria coeli.
Noudum terdenos aetas conspexerat annos
Crudeli pręcisa manu:ceu vere tepenti
Languida demittit narcissus colla resectus:
Cum reserata fuit pręcocis ianua lęti:
Quot lamenta tuli:quot singultantia crebras
Verba inter lachrimas:quanto suspiria tractu
Infinita dedi:non ferrea lingua referret:
Quāuis laxa forent centena guttura voce.
Nonne vides claria tetram pro fronde cupressum?
Nostraq; funestam cingit quae tempora taxum?
Anne triumphali phoebaeum in vertice certum
Assueto de more geram?cum semper acerbus:
Semper honorandus:carbone]notandus & atro
Iste dies veniet:quotiens se voluerit annus:
Orbibus emensis redient?heu sola senectę

Occulta ma gis discru tiant.

Nestorię Sybillae cu meę actito nię tas

Aetas Ca roli obeūtis

Fausti la mētatio

Cypressus Taxus Laurus

Nutrimenta meæ:requieſq3 extrema laborum:
Et pietas innata perit certeq3 ſalutis:
Spes aſſumpta ſimul:poſthac ploratus inanis:
Et tracta incaſſum miſero ſuſpiria corde:
Iucundum ſolamen erunt:heu gallia quali
Rege orbata iaces:damnum non certius olim

Ariſtides Epaminũdas

Vel tellus achæa tulit:cum nobile magni
Pectus ariſtidis cecidit:vel thebais ora:
Cum dux occubuit lacedemone foſſus ab hoſte
Quantum ſydereos fulgentior heſperus ignes
Pręcedit:tantum reges (nec fingo) priores
Vicit inauditã Carlus virtute choruſcans.

Caroli et virtutes:& victoriæ

Quis fuit inſigni maior pietate.quis acti
Fortior in bello:quis cauſa iuſtior omni.
Quis potior ſuperum cultor:quis largior illo
Splenduit:& toti ſcæptra inuidioſior orbi
Illuſtrata tulit:quæ tanti oblitteret ætas
Arma ducis latio multum ſudata cruore:
Qua tarus inſubres triſtis perlabitur agros.
Vt ſileam alphonſum patria de ſede fugatum:
Magnanimoq3 minor te victa britannia marte:

carol' a lrã tis pſertim viris de= flectus eſt.

Atq3 alia immenſum poſcunt quæ ſingula carmen.
Mæonia reſonanda tuba:vos tempus in omne
Præcipuis lugere modis:qui ſancta bicorni

Numina parnaso trahitis: longumq; per æuum
Nomen inextinctum facundo extenditis ore.
Præsidium commune fuit: crebrisq; procellis
Electos portu vos excipiebat ouanti:
Ah q̄tum est primo crimen clausisse sub æuo.
Sic immaturo florentia tempora fine:
Conceptusq; altos manibus rupisse seueris
Gentis & ignauæ segnisq; iacentis in vmbra
Protrahere indignum ceruina in sæcula pensum.
Sed quid ego immotam fatorum auertere legem — Immutabile fatum
Experior demens: ortis mors omnibus æqua:
Serior aut citior properat: nullasq; potentis — Mors oib⁹ æqua
Respectus ditionis habet: vilisq; popelli.
Fœlici veniens dulciq; ætate triumphans:
Pulchrior existit. vitaq; decentior ipsa. — Pulchrū ē mori in fœlici iuuentute. Lōgū tp̄s nō nisi magna defert incommoda.
Quid nisi longa dies maiora incommoda defert:
Diuersis subiecta malis: nec semper eodem
Duratura modo: sicut neleius heros:
Dardaniusq; senex: cæsoq; afflictus achille
Testatur peleus: bene gestis vndiq; rebus
Tempora pensantur viridi detracta iuuentæ:
Liber & humano de carcere spiritus erit:
Aethereas aditurus opes: quas vita parauit.
Candidior niuibus ripheo in monte gelatis

Mortalem erumnam miseraus summiq; verenda
Maiestate dei gaudens: nos fausta gementes
Funera condemnat: lachrymasq; horratur inanes
Terreneq; atras fæcis detergere sordes:
Soli deo seruiēdū e Et soli parere deo totumq; sub imis
Figere pectoribus/quem nos spectemus & ipsi
Extremum superis post fatum in sedibus Amen.

¶ Publij Fausti Andrelini foroliuiensis regij poetę laureati ad Guidonen rupisfortem eminentissimū francias Cancellarium de morte regis Caroli Epistola.

m Ittimus o fœlix rerum tutela mearum.
Ista salutifera verba notata manu
Si quæras missæ quo sint auctore salutes:
Conscia faustinę littera mentis adest.
Nam reseres nostrum patulo si pectus hyatu:
Guido subardenti corde repertus erit.
Hęc sunt quæ tenuis munuscula prębet amator:
Non facit ad nostras copia maior opes.
Si mea centeni renouarent rura iuuenci:
Misissem plena ditia dona manu.
Excusanda venit census fortuna minuti:
Sed non illa tuus munera poscit apex.
Quis plures refluum lymhas deriuet in æquor?
Quis mel arosteę dulcius addat api?

Cunctarum fateor regina pecunia rerum est:
Ast ipso inferior corde minorq; iacet.
Innumeri seruant non regna potentia nummi
Sola sed acceptę dedita corda manus.
Maxima res fuerat siculo possessa tyranno
Et nullum populi pectus amantis erat.
Profugit ignotum grandis nil pondus aceruí:
Ille peregrina quin foret exul humo.
Hinc grata est equiti rector tibi persa voluntas
Quam tulit oblata pauper agrestis aqua.
Qui totum pura sese cum mente dicarit
Donat hic immensas officiosus opes.
Mittimus & quales poscunt hęc tempora versus
Ne sis mœstitie nescius ipse meę
Quod noua discruciet penetratas plaga medullas
Hæc docet inculto stridula musa sono.
En rude venasi carmen fecere dolores
Sollicitus magno quis ioue digna canat?
Victurum quęrit secessus carmen amoenos
Hic vbi sit cura mens aliena graui.
Hic vbi continuo lucens focus igne calescat:
Viuaturq; tuis lętę tibulle modis.
Qui bona coniunxit virtuti externa fruendę
Vtilis humanis gentibus ille fuit

Pecunia voluntate inferior

Dionysius syracusan[9]

Artaxerses persarũ rex.

Nõ nisi trãquilla mente cõponi põt carmẽ ęternitate dignum

Deficiat mundus vacua si victus in archa
Mutua vel ipsius musa maronis erit.
Scilicet expertis verax sententia rebus.
Vana nec est certo quę venit ore fides.
Donec eram pauper: fatoq; oppressus iniquo:
Nescio quo vomui carmen inane modo.
Vt data suscepi largo stipendia Carlo:
Lętus & auita paupere tutus eram:
Ipse ego sum priscis ausus certare poetis:
(Inuidia ex verbo sit procul atra meo)
Forsitan est vates fœtu deceptus amato
Nec iudex proprio cœcus honore videt.
Fac tua fac libret solito, censura tenore
Quid magna inuicti fecerit aura ducis:
Bellica præstiterit quantas in carmine vires:
Gallica q̃ numeris debeat ora meis.
Heu heu mutata est vitæ fortuna beatæ
Et celeri præceps carmine versa ruit
Inconstans: incerta: leuis: vaga: lubrica: nutans
Illa nequit stabilem firma tenere rotam
Si quem q̃ æthereas sublimem erexit in auras:
Mox loca laxato trudit ad ima sinu.
Semper habet dulci latitans sub molle venenum:
Et blando incautos decipit ore viros.

Op' fausti in neapolitana fortuna nouiesq3 victoria.
Fortuna instabilis

Sed quis ab insidiis tutus fallacibus esset:
Hic vbi mors vires addit iniqua suas?
Ecce repentino transfixum vulnere Carlum
Furtiua occidit mors inopina manu.
Qualiter occulto fossus latione viator
Improuisa doli fata latentis habet.
Sæuius o lætum: tigriq; immanius orba
Debueras tantum non potuisse nephas.
Cur telum immittis nullo euitabile pacto? In mortem
Mansuescit nulla cur tua dextra prece?
Edita cur gestas falcem male cuncta metentem
Cur tuus ex omni gente triumphus adest?
Siue potens xerxes fuerit: seu fortis achilles Mors nemini parcit
Cuiq; sacrum insignit trina corona caput: Pontifex
Siue senex tremulus: iuuenis seu feruidus instet:
Cæditur arbitriis ille vel ille tuis.
Ossea quis credat tantū quod imago triumphum
Ducat? & a domito debeat orbe tremi?
Cur nodis cœco de carcere soluit ahenis
Obuinctam accensi te grauis ira dei?
Debuit vna mori tantorum causa malorum
Delusa infernis quæ fuit eua dolis.
Publica lex postq̄ nullo exorabilis auro
Tradidit humanum sub tua iura genus:

Saltem isset præcox maturum carlus ad æuum:
Legitimæq; foret mæta peracta viæ.
Quid iuuat herbosa falcem supponere messe?
Nam steriles fructus gignit acerba seges.
Tunc erit apta legi grauidis cum flauet aristis
Putrida præ nimio ne cadat illa die.
Gesta Caroli — Quantus erat viridi pubescens Carolus æuo
Qualem monstrabat prima iuuenta senem?
Hic et enim aduersos inuictis britones armis
Successu domuit prosperiore puer.
Et firma imposuit burgundo frenare bellis
Restituitq; anglo perdita regna duci.
Magnanimus lustris princeps vix quinq; peractis
Ausoniam intrauit marte fauente plagam.
Expulit et sicula alphonsum de sede tyrannum:
Tantaq; sunt celeri parta tropheа manu
Magna quidem sunt hec plectro grauiore sonanda
Viribus & validis grandius egit opus.
Grandius egit opus cunctis memorabile sæclis
Strenuitas animi tanta virilis erat.
Hic etenim francas victor dum tendit in oras:
Hostica non pauci militis arma videt.
Et videt: & medio sistit vestigia campo:
Qua fluit insubris garrula lympha thari.

Irruit & cæsus forti cadit hostis ab ictu:

Mirata est strages itala terra datas:

Scilicet & pauco lassus cum milite Carlus:

Innumera externis agmina strauit agris:

Hostibus & pressis patrium remeauit in orbem:

Hæc nunq̃ ex latia stygmata fronte cadent.

Non hoc pyrrus atrox:non hoc ferus hannibal egit: Pyrrhus hannibal

O quantum in paruo corpore robur erat.

Recta quid extollam iustæ moderamina lancis?

Quid sanctæ assiduum relligionis opus?

Vna est præcipuis vna est res digna triumphis:

Prodigaq; dando munere dextra fuit.

Ingeniosa pio fota est solertia regi: Liberalitas Caroli

Non facit ad magnum pectus auara manus.

Oppida quis sileat generoso reddita corde: Oppida op pigne rata regi hyspanię vna cũ pecuniis mutuo da tis sponte reddita

Traditaq; hyspano mille talenta duci?

Gratia sic crescit populi quæsita fauentis:

Sic durant posito sceptra beata metu:

Hinc nunq̃ fletus:tantoq; elatus honore:

Rex fuit et galla contumulatus humo.

Talia sculpantur lugubri carmina saxo:

Vt suus ex merita laude sequatur honos.

Relligio:bonitas:animus:donatio:iustum: Epitaphiũ

Hoc sita sunt tecum:Carole summe:loco.

Nos igitur carlo miſeri iactamur adempto:

Naufraga ceu lacere: quaſſaq; membra ratis:

Collige reliquias diuerſa in fruſtra reſectas

Collige ſub miti guido benigne ſinu.

Neue tuum longos promiſſum differ in annos:

Nociua eſt mora

Tarda ſolet cunctis rebus obeſſe mora.

Et labor: et longa eſt magnum expectatio pondus:

Et ſpes cum multo longa dolore venit.

Fac precor auguſtos: dextro ſed tempore vultus:

Fac videam ſortis ſigna futura meę.

Viſa placent: contacta iuuant: poſſeſſa probantur:

Pendet ab effectu finis amanda bono.

Mecœnas.

Cęſarea orantem ſic duxit ad ora maronem

Vt foret exemplum nobile thuſcus eques

Nihil dignius q̃ doctos viros iuuare.

Fac precor hęc eadem: neq; enim res dignior vlla eſt

Pectora q̃ placito docta fouere ſinu.

Eſt mihi ſumma tuis certo fiducia verbis

Sed velox duplex gratia munus habet:

Tu potes optatis breuiter ſuccurrere noſtris

Hęc duo ſi dicas verba: poeta veni.

Finis Epiſtolæ.

Eiuſdem Pbblij Fauſti Andrelini Foroliuienſis Regij poetæ laureati.

Epitaphium in regem Carolum.

Q Visquis es o princeps scæptro ne fide potenti
Aut hoc aut alio mors venit ęqua modo.
Carolus en situs est: cui victa britannia cessit:
Captaq; cum patrio parthenopeia solo.
Qui latio insubres vndauit sanguine campos
Prostrata in francos dum redit hoste lares:
Qui profugum ex angla regem ditione recepit:
Partaq; victrici sceptra cohorte dedit:
Quo duce iacta fuit grato burgundia fręno:
Dum terror cunctis staret amorq; plagis
Dicta bella die semper victricia gessit
Magnanimo tantum pectore robur erat.
q menti rector generose debet hyberus:
Oppida cui nullo reddidit aucta metu/
Iustior haut recta traianus lance nitebat.
Non stabili melior relligione numa.
Plura nec augustę fuderunt munera palmæ:
Munera magnanimum testificata ducem.
Dum sua regna studet cœtu decorare diserto:
Inq; omni sanctos æde locare patres:
Dum pressos nimio populos te leuare tributo/
Et gerere inuicta splendidiora manu:

Oēs vno vł alio mō pereunt
Neapolis
fornouium
Rex āgliæ a Carolo in regnū restitutus
Semper victricia Carol⁹.
Traianus.
Numa
Augustus:
ppositum Caroli

Interceptus obit: primoq; extinctus in euo:

Heu tanto inuidit mors inopina duci.

Nun bene facta moriuntur

Ast immaturam pensat noua gloria mortem:

Extremum superant inclyta gesta rogum.

Aliud in eundem.

Non aurum: non stemma iuuat: non forma: nec aetas

Nec regum populis imperiosus apex

Omnia mors soluit: nec morti obsistere quenq̄:

Fata sinunt: fatis credite: vita nihil.

Aliud eiusdem in eundem

Epitaphium.

Relligio: bonitas: animus. donatio: iustum:

Hoc sita sunt tecum carole summe loco.

¶ Publij Fausti Andrelini forolliuiensis regii poetae laureati carmē. in quo exultat vrbs parrhisia q Petrus Coardus ob singulares eius virtutes primus franciae praeses sit effectus.

Cato.

I Lla ego parrhisiis fabricata lutecia campis

Adsum laeticiae nuncia certa meae

Non tantum antiquo gauisa est Roma Catone:

Quantum ego sum nuper praeside laeta nouo.

Cur non alta hylari contingam sydera planta

Cur pede non agili festa per arua micem

Cur caua non pulsem geniali plectra canore:

Missus & arguto sit comes ore sonus

An cessem lectas superis mactare bidentes

Et dare fumosis tura cremanda focis

Fac puer extructis rutilos altaribus ignes·

Ecce venit cultris hostia danda meis.

Nam gratas sentire vices pia numina debent/

Vt seruent fusa tradita dona prece.

Iam sacra legiferi redierunt iura licurgi/ Lycurgus.

Quæq; fuit longo squalida musa situ.

Iam viget & probitas multos optata per annos/

Vitaq; riphea non minus alba niue.

Iam nubet solo fruitura puella marito

Nec tacitæ plenus fraudis adulter erit.

Digna capistratum perdent suspendia furem/

Periuriumq; manet debita pœna caput.

Quid moror in vario scelerati crimine vulgi/

Præside sub petro concidet omne nephas.

Concidet/& francum surget gens sancta per orbē

Testificans ipsos iusq; piumq; deos

Qualis erat tuta saturni ætate quieti/

O ego præ cunctis terra beata plagis.

Vrbs etenim ducat nullum casura per æuum/ Autea ætas

Pectora cui præsint iudicis æqua boni.

Dum semper populo culta est astrea latino

Imperium iuri subdidit omnē suū

Vt tacuit pietas pulso calcata pudore/
Ille triumphato stratus ab hoste fuit.
Non ita sydereo rutilans micat hesperus axe:
Iusticia vt summo nata tonante micat.
Quæ regio apparet nostræ non inuida laudis?
Magna est inuidiæ iustaq; causa nouæ
Quisquis enim toto clarus fuit orbe senator/
Vno hic in petrō conspiciendus adest

Publi Fausti Andrelini foroliuiensis regii poetæ laureati ad excellentem theologum Laurentium carmelitam regiū cōfessorem benemeritū, Carmen.

q Vis non extollat sublimi laude profectos
Carmelo de monte patres? quibus helias olim
Raptus ab ardenti solido cum corpore curru
Indumenta dedit sanctos factura nepotes?
Hinc fuit albertus tali velatus amictu:
Ad superas euectus opes/niueisq; relucens
Moribus andreas, hinc vitæ sancta beatæ
Cyrillus documenta sequens/& celsa vocatus
Astra symon petiit/digno quis carmine narret
Deductum ex isto guidonem monte disertum?
Baptistamq; alto recinentem sacra cothurno
Mystica? ne referam numerosæ cætera turbæ

Pectora: laurenti totum veneralę per orbem veneralle
Emeritum iam nomen habes: quod nulla vetustas
Deleat: aut ipsum (q̃uis linat omnia) fatum.
Cum tua diuinum resonat vox publica verbum: Mors oīa delet
Dij superi: quanta captam dulcedine gentem
Ad rectum perducis iter: passimq; sequenda
Vera salutiferi monstras vestigia christi.
Nos paulum inuicto stupidi sermone tonantem
Credimus: attonito raptaq; ex corpore mente
Archana in decimi rapimur penetralia cęli.
Tam solida ratione probas: tam sensa recludis
Abdita tam pandis sacrę mysteria chartę
Ignorata prius: simplex non ore columba
Exteriore sonat: vafram quo pectore vulpem
Interiore geras: castis sed consona verbis
Corda patent: ideo regis confessa gementis
Crimina detergis fragili commissa reatu.
Est aliquid trito fletam cum pectore culpam
Eximio reserare patri: qui tempus in omne
Gestet honorata sanctam cum pallade musam.

FINIS.

Pectora laurenti totum venerata per orbem

Emeritum tam nomen habes quod nulla vetustas

Delebit: aut ipsum (quaesiluit o pia) fatum.

Cum tua divinum resonat vox publica verbum: Mors sola delet

Dii superi quanta captam dulcedine gentem

Ad rectum perducis iter passimque sequenda

Vera salutiferi monstrans vestigia christi.

Nos parvum multo stupidi sermone tonantem

Credimus: attonito rapti ex corpore mente

Archana in celi rapimur penetralia celi.

Tum solida ratione probas tum sensa reclusis

Abdita rara pandis sacre mysteria charte

Ignorata prius: simplex non ore columba

Exteriore sonat: vafram quo pectore vulpem

Interiore geras: callis sed consona verbis

Corda patent: ideo regis confecta gementis

Crimina detergis fragili commissa reatu.

Est aliquid tristo fletum cum pectore culpam

Eximio reserare patri: qui tempus in omne

Gestet honorata sanctam cum pallade musam.

FINIS

[illegible]

